

MELETEM. CATECHETICA. II⁹

vers. 16. Non enim utique Angelos assumxit
sed semen Abrahāi assumxit.

vers. 17. Unde debuit per omnia fratribus si-
milis fieri, ut misericors esset & fidelis
Pontifex in ijs quæ apud Deum agenda
forent, ad expiandum peccata populi.

vers. 18. Nam ex eo quod perpessus fuit quam
tentatus est, potest & ijs qui tentantur
succurrere.

Quæst. 16. Cur necesse est eum verum
hominem, & quidem perfectè ju-
stum esse?

RESP. Quia justitia Dei postulat, ut eadem natura
humana quæ peccavit, ipsa pro peccato depen-
dat: qui vero ipse peccator esset, pro aliis depen-
dere non posset.

Quæst. 17. Quare oportet eum simul et-
iam verum Deum esse?

RESP. Ut potentia sua divinitatis onus iræ divinae
carne sua sustinere: nobisque amissam justi-
tiam & vitam reparare & restituere possit.

Quæst. 18. Quis autem ille Mediator,
qui simile est verus Deus, & verus ac
perfectè justus homo?

RESP. Dominus noster Iesus Christus, qui factus est
nobis sapientia à Deo, justitia, sanctificatio &
perfecta redemptio.